UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

82. De femina quæ virum per maleficium interficit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

mum in Colbertino. Vtrobique autem extat in appendice prima libri quarti cap. XXXIV. *Editio porrò vulgata iſtius capitis, quam etiam præferunt vetuſti codices, multùm diverſa eſt ab ea quam refert Regino. Illud ſanè admonendum, pro eo quod Regino habet* & patientiam habentes, *in libris Capitularium ſcriptum eſſe* & pœnitentiam agentes.

De faidis coërcendis.

LXXXXI. Si quis aliqua neceſſitate cogente homicidium commiſit, Comes in cujus miniſterio res eſt perpetrata & compoſitionem facere & faidam per ſacramentum pacificare faciat. Quòd ſi una pars ei ad hoc conſentire noluerit, id eſt, aut ille qui homicidium fecit, aut is qui compoſitionē ſuſcipere debet, faciat illum qui ei contradicit ad præſentiam noſtram venire, ut eum ſecundùm tempus quod nobis placuerit in exilium mittamus, donec ibi caſtigetur, ut Comiti ſuo inobediens ulteriùs eſſe non audeat, & majus damnum non accreſcat. Lib. 4. Capitular. c. 27. Lib. 1. Leg. Longob. tit. 9. c. 34.

De femina quæ virum per maleficium interficit. *Ex Pœnitentiali cap.* XV.

LXXXII. Mulier, ſi aliquos interimit arte malefica, id eſt, per poculum aut per aliquam artem, ſeptem annis pœniteat. Si paupercula fuerit, quatuor annis pœniteat.

De eadem re. *Ex Concilio Helibertenſi.*

LXXXIII. Si quis verò maleficio interficiat alterum, eò quòd ſine idololatria perfi- Concil. Eliber. c. 6. Burchard. lib. 6. c. 26.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN